



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari  
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Viteberga, 1542**

**VD16 C 4714**

XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35748**

P R A E C I P V I .

XII.

De Confessione peccatorum docent, q. Absolu<sup>tio</sup> priuata in Ecclesiis retinenda sit, quanq; in Confessione non sit necessaria delictorum enumeratio. Est enim impossibilis enumeratio omniū delictorum, iuxta illud. Delicta quis intelligit?

XIII.

De usu Sacramentorum docent, Sacramenta instituta esse, non modo ut sint notæ professio- nis inter homines, sed multo magis, ut sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, proposita ad excitandam & confirmandam fidem in his qui utuntur eis. Itaq; utendum est Sacramentis ita, ut accedat fides quæ credat promissionibus, quæ per Sacra menta exhibentur & ostenduntur. Hac fide accipimus promissam gratiam, quam Sacra menta significant, & spiritum sanctum.

Damnam igitur Pharisaicam opinionem, quæ obruit doctrinam de fide, nec docet fidem in usu sacramentorum requiri, quæ credat propter Christum nobis gratiam dari. Sed fingit homines iustos esse propter usum sacramentorum ex opere operato, & quidem sine bono motu utentium.

b v De